Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aiut i dixit. Nudus egressus sum de utero matris mee. nudus reuertar illuc. dns dedit. dns abstulit. sicut domino placuit ita factum est. sit nomen domini benedictum. In omnibus hijs non peccauit iob labijs suis. neque stultum quid contra deum locutus est. Tu. Lectio.

Factum est autem cum quadam die venissent filij dei. i starent coram domino. venisset sathan inter eos i staret in conspectu eius. vt diceret dominus ad sathan. vnde venis. Qui respondens ait. Circuiui terram i perambulaui eam. Tu. Lectio. v.

Et dixit dominus ad sathan. Numquid considerasti seruum meum iob. quod non sit similis ei in terra. vir simplex i rectus. i recedens a malo. i adhuc retinens innocentiam. tu autem commo

uisti me aduersus eum. ut affligerem eum frustra. Tu.

Qui respondit sathan. i ait. pellem pro pelle. i cuncta que habet homo dabit pro anima sua. alioquin mittere manum tuam i tange os eius i carnem. i tunc uidebis quod in facie tua benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad sathan. Ecce in manu tua est. verumtamen animam eius serua. Tu. Dominica. ij. l.

Egressus igitur sathan a facie domini. percussit iob ulcere pessimo. a planta pedis usque ad verticem. qui testa saniem radebat. sedensque in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua. adhuc tu permanes in simplicitate tua. Benedic deo i morere. Tu. Lectio. ij.

Qui ait ad illam. Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu domini. mala